2301 [= 6480] cista ornata rotunda. Extat Neapoli in museo.

CLODIA · NATALIS ·
SIBI · ET · COIVGI · SVO
BENE · MERENTI
FECIT

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1670.

2302 [= 3051] Neapoli in museo Iosephi Vallettae, postea apud Andreinum, deinde Florentiae apud Gorium. Nunc ibi in museo cl. VII n. 746.

D · M
CLODIAE · PI
ROCLEAE · VIX
ANNIS · XXXX ·
LVCIA · HAMONIL
LA · NEPOS · ET
HERES · B · M F ·

Recognovimus Bormann et ego. Goetzius a. 1698 in schedis Halensibus; Vignoli p. 288 exscribente N. Valletta; Gorius I. E. I, 252 ab Andreino, III, 54 de visu.

Clodia Piroclea redit n. 3567.

2303 apud Neapolim in massaria domini Antonini de Bolonia ex Puteolis FIL. Neapoli in hortis Bernardini Rotae BONG.

D M
CLODIAE · SO
TERIDI · BENE
MERENTI · CLO
DIA · CLEOPATRA
MATRI · POSVIT

Filonardianus liber f. 112; Bongianelli cod. Vat. 5237 f. 253′.

2304 [= 6481] Neapoli in museo.

D M
CLVDIA PAVLI
NA SIBI ET LIBERIS
SVIS ET LIBERTIS LIBE
RTABVSQVE POSTER
ISQVE EORVM H S S*i*
QVIS VENDE*re*////
/////////////

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1647.

2305 Neapoli iuxta ecclesiam monasterii S. Dominici in pariete cuiusdam domus.

ꟿ · CLVVIO · ꟿ *l*
HELIODOR*o*
A · CLVVIVS · A · L
NICIA

Augustinus cod. 3540 f. 5, cod. 3528 f. 21′; denuo cod. 3492 f. 37, cod. 3528 f. 41.

Fracturam notavi ego. — 1 M·CLVVIO Aug. 3528 f. 21.

2306 [= 3055] Neapoli in suburbano Ian. Mazae COM. PROC. Nunc in museo publico.

DIS MÁNIB
CLVVIA · CO
RINTHIA · LACON
DI · DIONYSIAE MA
TRI · CARISS

Descripsi. Procaccelli ms. 1735; Mur. ms. et 1331, 2 a Como; Fiorelli cat. n. 1115.

2307 [= 3056] Neapoli in pariete aedis S. Thomae apostoli iuxta castellum Capuanum AVG.; *nel cantone di S. Tommaso vicino alla Vicaria avanti il fiscale* ACC.; ad vicariam MOR.; *vicino a la Vicaria nel muro della chiesetta di S. Tommaso nella via dritta di S. Lorenzo a man manca, andando in su; palmi* $1\frac{1}{2}$ CITT.; ibidem MAZA CRIST.

CLVVIAE · ꟿ · F
A · CLVVIVS · A · L
NICIA

Augustinus cod. 3492 f. 37, cod. 3528 f. 41; Accursius II n. 24; Morillon apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 358′; Cittadinius cod. Marc. p. 9; Grut. 866, 11 ex schedis Sculteti; Maza apud Mur. ms. 18, 224; Scip. de Cristoforo dedit Mazochio.

1 ꟿ·F Aug. Acc. Crist., M·F Citt., MAE Maza, MAEAE Grut., AVL·FIL Mor. — 2 in. A· om. Mor. Grut. — A·F Citt. Crist., A (om. L) Maza.

2308 [= 3058] Puteolis in S. Francisci sep. n. 40 antea, nunc Neapoli in museo.

D M
COCCEIO · IDAEO
VIX ANN XVIIII DELLIA
SVCCESSA MATER
*filio ben*EMERENTI

Descripsi et recognovi; titulus evanidus est. Fiorelli cat. n. 962.

De matris nomine non omnino constat.

2309 [= 3060] Puteolis in domo Ferdinandi Mangionae Hadriani Gulielmi compatris VALL. similiterque GRVT. Neapoli apud Hadr. Spaphorum ACC. CAP. Postea ibi in museo Vallettae, deinde apud Andreinum, tum Florentiae apud Gorium. Nunc ibi in museo publico cl. VIII n. 792. — Inter Campanas AJOSSA.

D · M
M · COCCEIO ·
ZOSIMO · IVN ·
IA · PHILVMENE ·
CONIVGI · B · M · VIX ·
AN · XXVII · M · III ·

Recognovimus Bormann et ego. Accursius I n. 28; Vallambertus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 364c′; Corradus apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 276′, orth. 195, 11 (inde Ligorius Taur. 6; Grut. 774, 4 e Manutio, locum tamen adscripsit sine dubio ex Metellianis a Gutenstenio sibi transmissis); Capaccius l. I c. 21 p. 345; Ajossa apud Mazochium syll. ms.; Goetzius in schedis Halensibus; Vignoli p. 290 a N. Valletta (inde Mur. 1331, 9); Gori I. E. t. III p. 35. 53 de visu.

2310 rep. in agro Neapolitano MIN. Princeps de Sangiorgio dedit museo.

DIS MANIB
SACRVM
COCCEIAE · Ɔ · L · GLAPHYRAE
C · VALERIVS PHILOCLÉS

Recognovi. Minervini *Bull. Nap.* N. S. 2, 111; Fiorelli cat. n. 909.

2311 [= 6482] Neapoli in museo.

*c*OCCEIAE · THALLVSAE · COCCE*iae*
ANNOS NATAE · XVI L · I
COCCEIVS · COERANVS BLAND*ae*
VXORI
qui LEGIS · HVNC · TITVLVM · QVID · NO*men* · SCIRE · LABORAS
*qua*É · FVERIM · QVO NVPTA · VIRO *libe*RTAVE · QVOIVS
*an*NOS · QVOD · TVLERIM · MEC*um* MISERÁBERE · CERTE
si SCIERIS · ERGO · NE · SIT · DOLOR · HOC · PRECOR · AVDI
*o*MNIA · CVM · VITA · PEREVNT · ET · INANIA · FIVNT
*qu*ÁTINVS · HOC · VOLGO · PERSVASVM · CREDIMVS · HOSPES
*in*DICIA · VT · VITAE · TITVLO · CONSCRIPTA · RELINQVAT
ne GRAVE · SIT · QVAESSO · PAVCIS · COGNOSCERE · CASVS sic
*quo*S · TVLERIM · DVBIOS · ET · QVAM · SIT · DIRA · CVPIDO
*ulter*IVS · NASCENTEM · ALIQVEM · PROCEDERE · HORÁ
*terti*VS · Á DECIMO · CVM · ME · PRODVCERET · ANNVS
*coni*VGIS · ADSVMPSI · NOMEN · GREMIVMQVE · RESOLVI
*at n*ON · VT · VOTIS · PEPIGI · ME · FATA · TVLERVNT
*temp*ORE · NAM · EXIGVO · FELIX · HAEC OMINA · TRÁXI
*coeran*I · ET BLANDAE · OPIBVS · DECORATA · PRIVS · QVAM
saeua PER · OPSCVRVM · SERPENS MORS · CVNCTA · RESOLVIT
*terti*VS · INSVRGENS · MIHI · SOL CVM CONIVGE · VISVS
*nec ta*MEN · OMNINO · ET · QVINTAE · VIX · DEINDE · KALENDAE
hinc me IGITVR NOSCES · SEXTVM · DECIMVMQVE · TVLISSE
*annu*M · QVEM · VITAE · FINEM · MIHI *fata dederunt*
HANC · SEDEM · CONIVNX
MIHI · QVO · FELIX

Descripsi et recognovi. Solam partem inferiorem omissis superscriptis nominibus ed. Guarini comm. VIII p. 6. 7 neglegenter. Fiorelli cat. n. 1807.

Supplementa sunt Hauptii exceptis iis de quibus monui. — 6 pro QVO maluit QVOI Hauptius. — 14 lectio certa est primaque littera superstes I est integra. '[*Ulter*]*ius nascentem:* id est misere cupiunt homines nascentem aliquem ultra protendere horas 'vitales. deformavit ille notissimam Graecorum poetarum sententiam *non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam* '*primum mori* (Cic. Tusc. I § 114), ille ait *prima hora mori*'. Haec Buecheler. — 19 prima littera superstes aut I fuit aut N. [*Coeran*]*i*, quod proposuit Nohlius, probavit Buecheler, quamquam nomina metrum corrupere. — 22 *sed tamen omnino* Hauptius; Buecheler autem '*nec tamen omnino*' inquit, 'mihi necessarium videtur propter *insurgens*. anni pleni et non perfecti neglegentius 'computantur. 15 *tertius a decimo* potest pro exacto numerari, tum II annos V menses cum marito fuit, *sextum decimumque tulit* '*annum*, et quamquam terminum eius non adsecuta est, tamen *annos nata XVI* scribitur'. — 25 s. 'sententia haec fuit: [*condidit*] '*hanc sedem coniunx m*[*aerensque diemque expectans*] *mihi quo felix* [*societur in aevom*]' Buecheler. — Infra margo adest.